

AEK, Monasteria, Generalia, Jesuiten, fol. 169v–171v

Inventar des physikalischen Kabinetts, 1774.

fol. 169v

Praes. in Commissionem 18. Apr. 1774

Specificatio cubiculi Mathematici et Instrumentorum eo pertinentium facta a Joanne Lintzenich Mathes. Prof.

Tribus cubiculis usus huiusque est mathematicus

Primum in Ingressu est cubiculum novum, a D.

fol. 170r

Frings magno sumptu inchoatum, ea meo demum peculio ad perfectionem deductum. Exposui ego in hoc cubiculo perficiendo Imper. 62 alb. 58 ob. 8... Habetur ibidem parva Bibliotheca in usum Professoris Matheseos. Est ea in diversas classes disposita, prout diversos habet Mathesis Tractatus. Sed nunquam fuit in ea librorum Cathalogus: non enim adeo pretiosa est, Vitra recipientia, qua ibidem asservantur, sunt ex meo peculio 2 Carolis aureis comparata.

Cubiculum secundum maximum et praecipuum.

Ornatum hoc est compluribus Instrumentis Mathematicis.

Instrumenta quae asservantur in scriniis

In primo Scrinio ad dextram habentur 9 Magnetes, ... Microscopium solare cum toto apparatu. Horologia solaria diversi generis complura, sed non pretiosa... acus magneticae 6 exigui quoque valoris.

In parte inferiori eiusdem Scrinii asservantur antlia Pneumatica

cum toto apparatu, quae ex peculio meo est comparata, constatque 24 Carolis aureis, versus orientem est quadrans Cupreus, instructus acu magnetica, eleganter elaborates, et duo marmora laevigata sunt ibidem.

In secundi Scrinii parte prima continentur Specula, et quidem plana 2, Concava 4, convexa 3, Cylindrica 2, Multiplicantia 6.

In 2da parte habentur vitra caustica 3, quorum unum notabilis est magnitudinis.... Prisma, et Conus. Machina pro Camera obscura... reliqua, quae ibidem habentur, minoris sunt momenti, et pretii.

In parte inferiori. Servantur lentes pro tubis astronomicis, De quibus postea ~~in tertio Scrinii~~

in 3tii Scrinii parte, 1ma sunt Instrumenta Geometrica ex cupro eleganter elaborata, et quidem omnia, quae pertinent ad Thecam mathematicam. Praeterea habentur circini 3, imo et 4 diversi Usus in praxis, habentur quoque 2 instrumenta ad ducendas figuras quasvis ovaes.

In parte 2da et 3tia eiusdem Scrinii sunt instrumenta Trigonometrica, Scidelicet mensula praetoriana. Instrumentum Goniometricum, quadrans mensorius ex cupro item alius ex cupro semicirculus, Baculus Jacobaeus

fol. 170v

crux et alia ex ligno elaborata, minoris momenti et pretii Instrumenta Trigonometica.

In 1mo Scrinio Boream versus continentur Instrumenta ex cupro elaborate, quae fieri possint divisiones circularum, rotarum dentarum, aliarumque machinarum, quo sumptu et opera haec facta sint, nemo poterit facile aestimare.

In 2do Scrinio, quod Boream respicit, continentur Primo Instrumenta hydrostatica, nempe: Tubi communicantes, et tria horum paria. 2do Recipientia vitra, multa, variaque pro Antlia Pneumatica. 3to Machinae hydraulicae, uti sunt fraterna caritas, fons obedientiae, fontes salientes. 4. denique varia varii generis ad Experimenta facienda inserviantia, est et ibidem Microscopium compositum.

In inferiori parte eiusdem Scrinii habetur ingens speculum planum, et concavum machinae quodam lignae, et aliquot chartae, ex quibus tubi conficiuntur.

Sequitur jam apparatus Speculi concavi ingentis et magni pretii, qua positione exhibetur tota Theoria huius Speculi.

Sub hoc apparatu Capsulae lignae inclusa est acus magnetica ingens, saliens, per circulum pariter ingentem in gradus divisum.

Ultimum Scrinium quoad septentrionem respicit, continet laminas cupreas, quae figurae mathematicae exprimuntur... Inferius habentur eiusmodi figurae in charta jam expressae.

In reliquiis Scrinii superioribus occidentem respicientibus,

nihil admodum pretio magno aestimabile continetur.

In 1mo enim et 2do non habentur nisi Tubi

Baro- et Thermometris inservientes... habentur

quoque aliquot Thermometra et unum baro-
metrum in lineas distinctum est.

In ultimo autem eiusdem partis Scrinio, quod destinatum est

fol. 171r

arti Gnomonicae, asservantur omnia Instrumenta cuprea, videlicet
circuii solares, quadrantes, et Horologium Horizontale

In scriniis ex illa parte inferioribus, memoratu digniora

sunt sequentia

1. mappae geographicae grandiores et elegantiores. 2. Atlas coelestis
et terrestris. 3. Instrumenta varia cuprea reparatione
egentia. Denique Imagines, figura manuscripta et alia
minoris momenti

Instrumenta, quae asservantur in eodem

Cubiculo extra Scrinia.

1. Quatuor tubi astronomici justae magnitudinis et valoris,

quorum duo et sua habent micrometra.

2. Telescopium Neutonianum anglicanum

3. Quadrans parvus, et magnus astronomicus, qui plus quam 300

florenit valet

4. Instrumentum goniometricum elegans et pretiosum capsula inclusum

5. Duae laternae magicae cum suo apparatu

6. Duae machinae catoptrico-diopticae cum pluribus imaginibus depictis.
7. Instrumentum declinatorium
8. Sphaera armillaris
9. Tria horologia observationibus astronomicis faciendis inservientia
10. Octo sedes cum mensa
11. Denique sunt et ibi aliquot libri mathematici, Baro et Thermometra, Instrumenta lignea, quorum Ratio in tanta copia haberi non potest.

Tertium Cubiculum est Laboratorium

Habentur autem hic

1. duo Furni, major unus, et minor alter, habentur et 2 Furni alii in Ingressu ad hoc Cubiculum.
2. existit et ibi antlia Pneumatica, habetur quoque Instrumentum mechanicum, cujus usus non parum est proficiens
3. In Scriniis omnibus superioribus, uti et binis lateralibus superioribus asservantur instrumenta varia pulchra
fol. 171v
et omnis generis ad fornandum quodvis aut necessaria aut proficua
4. In binis vero Scriniis superioribus intermediis pulchro ordine dispositae sunt, et subscripto convexitatis aut concavitatis valore, collocatae scutellae plus, quam 200, in quibus teruntur vitra, quae hic in ordine desiderantur Scutellae, habentur in Civitate apud Civem Bürgers, qui illis quandoque utitur, tum in suum commodum,

tum etiam ne aerugine perfundentur.

5. Habentur et ibi 2 Machinae Electricae cum toto apparatu, quarum una á me est comparata est 6 coronatiis.

Instrumenta alia,
quae pertinent ad Cubiculum

1. Habetur duo globorum caelestium et terrestrium

paria

2. Habetur et officina ferraria cum aliquot Instrumentis

3. per ambitus Collegii Superiores disposita sunt

Tabellae plus quam 30 in quibus depicta sunt
figurae ad explicandum in Scholis Mathesin
et physicam, quae maxima ex parte á meo Antecessore,
tum etiam á me ingenti labore sunt confectae.

Mercedem horum aliam expectare non possumus,
quam quae datur in Coelis.

Istud tamen jure mihi videor rogare, videlicet,
ut pecunia ex meo peculio in Instrumenta mathematica
impensa, mihi restituatur a futuro
Cubiculi Domino, est autem illa pecunia per
Specificationem recensita et notata.